Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26158
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ut quod debellet me. Repellit malos
a spiritualibus. Unde hic. Quare repulisti
scientiam. repellam te ne sacerdotio
fungaris in eternum. Commovisti
est mutatio mala. est et bona. — terram et conturbasti. Est mutatio malorum.
quando [illegible] de bono fit malus. et de
malo deterior. Unde hic. Exultabit
si mors super eos. Est mutatio bona.
quando de malo fit bonus. ut hic.
Est mutatio quando de mortalibus
erimus immortales. Unde Iob. Ex
pecto donec veniat immutatio
mea. Prima est sinistre diabo
li. secunda dextere dei. tertia soli
dei. Potasti nos vino conpunctionis.
quot modis vinum accipiatur. — Est vinum corporale quod luxuriam
provocat. Unde apostolus. Nolite inebri
ari vino in quo est luxuria. Est vinum
fallacie scilicet doctrina hereticorum. Unde hic.
Caupones tui vinum commiscent
vino. Est vinum spirituale scilicet vinum
conpunctionis. Unde hic. Est vinum rep
rehensionis. Unde samaritanus ad
curationem vulnerati apposuit
vinum et oleum. Est vinum sacre scrip
ture. Unde hic. Vinum letificat cor hominis.
calciamentum. — Extendam in idumeam calciam
tum meum. Calciamentum quandoque passio
christi. Unde hic. Quare rubrum est vestimentum
tuum et vestimenta tua sicut calcantium in torculari. Quandoque evangelium.
ut hic. Quandoque incarnatio. Unde Iohannes.
Non sum dignus solvere corrigiam
calciamentorum eius. Secundum has tres
significationes exponitur hic. Quandoque
bona opera. Unde hic. Renes vestros ac
cingetis. calciamenta habentes in
pedibus vestris. Quandoque mala. Unde
dominus ad Moysen. Solve calcia
menta de pedibus tuis. Nota. Iudeis
preceptum habere calciamenta apta supe
rius clausa inferius. ut securi pos
sent calcare colla malorum. Ne
procederent in tenebris. sed in mani
festo. Talia sunt scandalia episcoporum
huius temporis. Qualiter deus temptat. et diabolus et homo.

Exaudi deus deprecationem meam. Temp
tat deus ut humiliet.
Unde hic. Fidelis deus qui non permit
tet vos temptari supra id quod potestis. Ut coronet.
Unde hic. Beatus vir qui suffert temptationem quoniam cum
probatus fuerit accipiet. Temptat diabolus ut de
cipiat. Unde hic. Accessit ad eum
temptator. Temptat homo ut experiatur.
Unde hic. Magistri temptantes sunt. ut dis
cat. Unde hic. Omnia probate quod bonum est
tenete. Deus duobus modis. diabolus uno. homo
uno. Turris fortitudinis. est
turris elationis. Unde hic. Moverunt
pedes suos ab oriente ut edi
ficarent turrim. Est turris speculationis.
Unde hic. Speculatorem dedi te in
Israel. Sicut legitur turris David. Est turris
fortitudinis. ut hic. In velamento alarum tuarum. Est velamen ad obscu
ritatem. Unde hoc. Velamen positum erat
super faciem Moysi. Est velamen contra estum
viciorum. Unde hoc. Fuit illis in velamine
diei. Est velamen contra arma ini
micorum. Unde hoc. Protexisti me deus
a conventu malignantium.